



1762, 4 b
12530
DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

DONATIONE SIMPLICI
IN HEREDITATEM PATERNAM
NON CONFERENDA

8

QVAM

IN INCLVTA

ACADEMIA IVLIA CAROLINA

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS

I N D V L T V

PRO

CONSEQVENDIS SVMMIS

I N V T R O Q V E I V R E

HONORIBVS

I N I V L E O M A I O R I

A D D. XVI APRILIS MDCCLXII

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISIONI

SVMITTIT

CAROLVS FRIDERICVS PAELIKE

V I S M A R I E N S.

HELMSTADII

LITTERIS SCHNORRIAE VIDVAE ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO IN AUCTORITATE
DE
DONATIONE SIMPLICI
IN HEREDITATEM PATERNAM
NON CONFERRENDA

AVIA
IN AUCTORITATE
ACADEMIA IVLIA CAROLINA
ILLUSTRISSIMO IRRECONSULTORVM ORDINIS
I N D E L T V
PRO
CONSECVENDIS SVMMIS
IN V T R O Q V E I V R E
HONORIBVS
IN IVLEO MAIORI
AD D. XVI APRILIS MDCCCLXII
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSEVENS
ILLUSTRISSIMO IRRECONSULTORVM ORDINIS

AVTHORITATE
CAROLVS FRIDERICVS PAELLKE
V I S M A R I E S.

HELMSTADT
PATERIS SENHORIS IVLIAE ACAD. TITOLN.



REVERENDISSIMO
ILLVSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
AVGVSTO ADOLPHO
LIBERO BARONI
D E C R A M M

DYNASTAE IN VOLCKERSHEIM OELPER IERZE
BOCKENEM RELL.

SERENISSIMI DVCIS BRVNSVICENSIS ET
LVNEBVRGENSIS ADMINISTRO STATUS ET
CONSILIARIO INTIMO REGIMINIS IN PRINCIPATV
BLANCKENBVRGENSI PRAESIDI DVCATVS
BRVNSVICO LVNEBVRGENSIS ET QVIDEM PARTIS
WOLFFENBVTTLENSIS CAMERARIO

HEREDITARIO

S. R. I. LIBERI ET IMMEDIATI CAPITVLI SS.
SIMONIS ET IVDAE QVOD EST GOSLARIAE
DECANO ILLVSTRIS PARTHENONIS

STEDERBVRGENSIS PRAEPOSITO
PRINCIPATVS WOLFFENBVTTLENSIS ET
EPISCOPATVS HILDESIENSIS CONSILIARIO
PROVINCIALI ET AD AERARIVM

DE P V T A T O
ORDINIS S. ALEXANDRI NEWSKY
E Q V I T I

RELL.

REVERENDISSIMO
ILLVSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
AVGVSTO ADOLPHO
LIBERO BARONI
DE C R A M M
DYNASTAE IN VOLCKERSHEIM OELPER FERZE
BOCKENHEM & LL.
SERENISSIMI DUCIS BRVNSVICENSIS ET
LVNEBVRGENSIS ADMINISTRO STATVS ET
CONSILIARIO INTIMO REGIMINIS IN PRINCIPATV
BLANCKENBVRGENSI PRAESIDI DACATVS
BRVNSVICI LVNEBVRGENSIS ET GVDMAN PARTIS
WOLFFENBVTTELSIS CAELERARIO
HEREDITARIO
S. R. I. LIBERI ET IMMEDIATI CAPITVLLI SS.
SIMONS ET IVDAE QVOD EST GOSLARIAE
DECANO ILLVSTRIS PARTHENONIS
STEPHERSVRGENSIS PRAEPOSITO
PRINCIPATVS WOLFFENBVTTELSIS ET
EPISCOPATVS HILDESISIS CONSILIARIO
PROVINCIALI ET AD AERARIVM
DEPVATO
ORDINIS S. ALEXANDRI NEWSEY
COVITI
PELL



ILLVSTRISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
IVSTO HENRICO
DE BOETTICHER
DYNASTAE IN HELMSTEDT ET LINDEN

RELL.

SERENISSIMI DVCIS BRVNSVICENSIS AC
LVNEBVRGENSIS ADMINISTRO
STATVS

ET

CONSILIARIO INTIMO CVRIAE PROVINCIALIS
IVSTITIAE SVPREMO IVDICI
RERVM BELLICARVM DIRECTORI ET
PRINCIPATVS WOLFFENBVTTLENSIS
CONSILIARIO PROVINCIALI ATQVE
AD AERARIVM DEPVTATO

RELL.



ILLVSTRISSIMO
ATAQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
IVSTO HENRICO
DE BOETTICHER
DYNASTAE IN HELMSTEDT ET LINDEN
RELL
SERENISSIMI DACIS BRVNSVICENSIS AC
LIVONICENSIS ADMINISTRATO
STATVS
ET
CONSILARIO INTIMO CARIAE PROVINCIAE
IVSTITIAE SVPERMO IVDICI
REVM BELLICARVM DIRECTORI ET
PRINCIPATVS WOLFFENBVTTELLENSIS
CONSILARIO PROVINCIALI ATAQVE
AD AERARIVM DEPUTATO
RELL



REVERENDISSIMO
ILLVSTRISSIMO
AC EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
HENRICO BERNARDO
DE SCHLIESTEDT
DYNASTAE IN SCHLIESTEDT KVBLINGEN
ET HAVS-NEINDORFF RELL.
SERENISSIMI DVCIS BRVNSVICENSIS AC
LVNEBVRGENSIS ADMINISTRO STATVS
ET
CONSILIARIO INTIMO
DVCATVS BRVNSVICO - LVNEBVRGENSIS
AC QVIDEM PARTIS WOLFFENBVTTELENSIS
PINCERNAE HEREDITARIO
CAPITVLI S. CYRIACI BRVNSVICI DECANO
ORDINIS REGII DANICI DANEBROGICI
EQVITI
RELL.

REVERENDISSIMO
ILLVSTRISSIMO
AC EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
HENRICO BERNARDO
DE SCHLESTEDT
DYNASTAE IN SCHLESTEDT KARLINGEN
ET HAVS-NEINDORFF REIT.
SERENISSIMI DACIS BRANSVIGENSIS AC
LVNEBURGENSIS ADMINISTR. STATVS
ET
CONSILIARIO INTIMO
DACATVS BRANSVICO - LVNEBURGENSIS
AC QVADAM PARTIS WOLFFENBVTTELSENSIS
PINCERNAE HEREDITARIO
CAPITVLI S. CYRIACI BRANSVICI DECANO
ORDINIS REGII DANICI DANEBROGICI
E QVITI

MAJESTATE REIT.



VIRIS

DISSERTATIONEM
OB MERITA IN REPVBLICAM

ATQVE LITTERARIAM

M V T I M V I O M
S V M M A

MORTALITATEM SVPERANTIBVS

DOMINIS GRATIOSISSIMIS

MAECENATIBVS MAXVMIS

V H A N C

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

OB MERITA IN REPUBLICAM

IN

DEVOTISSIMAE MENTIS

MONUMENTVM

PIE CONSECRAT

MORTALITATEM SUPERANTIBVS

DOMINIS GRATIOSISSIMIS

SVBMISSO CVLTV ADDICTISSIMVS

CAROLVS FRIDERICVS PAELIKE.





§. I.



BONE DEVS! quanta, quanta est Docto-
rum in scholis aeque ac in foro quaesti-
onis altercatio, an donatio simplex in he-
reditatem paternam conferenda sit, nec
ne. Nulli vero Doctorum, quantum equi-
dem scio, hanc subtilem, multisque obsta-
culis vexatam materiem ex instituto exarare et typis
demandare placuit; nisi Viro Consultissimo HEVMAN-
NO, qui decem theses perbreues sub incudem reuoca-
uit, in *Exercitationibus iuris vniuersi* Altorfii 1749 habi-
tis. Quum autem laudato HEVMANNO hanc contro-

uerfiam maxime intricatam in quatuor tantum plagulas
 conuicere, et thefin affirmantem cum quatuor excepti-
 onibus offerre uifum fit; factum est, ut neque fontes
 iuris romani neque ueram huius quaestionis indolem
 tangere potuerit. Ita uero ILLVM reipublicae littera-
 riae parum satisfecisse, quiuis, me non monente, in-
 telliget. Alii denique, qui ex Iureconsultorum ordi-
 ne huius quaestionis mentionem faciunt, incidenter
 tantum de ea tractarunt, et uel in genere de COLLA-
 TIONIBVS egerunt, VI GEORGIUS ADAMVS BRUN-
 NERS, IOHANNES GOTTLIB NEUHAUS, IO-
 HANNES ADAMVS BECKIUS, ARNOLDVS VIN-
 NIS, uel occasione tituli Digestorum *de Collationibus*
 eam enuclearunt, VI HYBERVS, WISENBACHIUS,
 STRYCKIUS, uel in *Observationibus* suis illam nobis
 cum communicarunt, VI III. PFENDORF, WERN-
 HER et reliqui. Quae uero cum ita sint, non inanem
 ac superuacaneam me operam suscepturum esse pro-
 fus confido, si in Dissertatione inaugurali id, quod iu-
 ra circa collationem simplicis donationis decernant,
 euoluam, simulque eorum opinionem placide refutem,
 qui cum EVRIPIDE in *Phoenissis* v. 53. seque-
 rantur:

Κεῖνο κάλλιον, τέκνον,

Ἰσότητα τιμῶν, ἢ φίλους ἀπὸ φίλων,

Πόλει

Illud multo melius est, o fili
Aequalitatem colere, quae semper amicos amicos,
Urbes urbibus et socios sociis
Colligat.

et ad donationes applicant; In contrarii demonstra-
 tione versatus: *Donationem simplicem in hereditatem*
paternam non esse conferendam, probabo. Qualemcum-
 que vero laborem meum, pro modulo ingenii mei,
 temporisque statu susceptum, Lector acquus ac bene-
 volus in meliorem partem interpretabitur.

§. II.

GENERALIA DONATIONIS PRINCIPIA

TRADIT.

NE VERO illius manibus, quod GAIUS ICTO
 I. I. D. *de orig. iur.* nefas visum est, ad materiae
 susceptae tractationem statim progrediar, quaedam
 de donatione scilicet definitionem eius et diuisiones
 praemittram. Est autem Donatio in genere con-
 siderata actus, quo aliquid in accipientem, nullo
 iure cogente, confertur. Principalis eius diuisio est
 in donationem mortis causa et inter viuos, quarum
 illa est actus, quo aliquid ob causam mortis expressam

In accipientem transfertur. Haec vero est actus, quo aliquid ex liberalitate in accipientem transfertur. Nec nos mouent variae inter donationem mortis causa et inter viuos differentiae, de quibus in *LVDOVICI Vsu pratico distinctionum iuridicarum* sub titulo *de mortis causa donationibus* fuse agitur. Ad donationis inter viuos diuisionem potius porgrediar, quae est vel absoluta siue simplex, ex sola benignitate descendens, vel relata, quae fit ob causam praeteritam siue futuram. Ob causam praeteritam fit donatio propter nuptias et remuneratoria. Illa constituitur vxori a marito in securitatem dotis. Haec fit ob benemerita, quibus donans perfecte obligatur. Haec reuera non est donatio, sed solutio mercedis, licet hodie honestioribus nominibus veletur sc. honorarii, salarii etc. At proprie donatio remuneratoria est, quando nec spes antidoti benemeriti data est, nec donatario per legis dispositionem certum quid deberur, quo etiam spectare videtur l. 27 ff. *de donat.* Omnino itaque differt ab honorario, quod hoc promitti quidem soleat, sed indeterminate. Atque haec de donationum definitionibus et diuisionibus sufficiant. Pauca tantum pro instituto de Donatore et Donatario adicere licebit. Quod ad personam donatoris attinet, regulae sunt: Quicumque est dominus et habet liberam rerum suarum disponendi facultatem,

tatem, ille inter viuos donare potest §. 40 *Inst. de Rer. diuis.* et porro: cui est testamentifactio, ille mortis causa valide donare potest l. 15. ff. *de mort. caus. donat. arg. l. 7. §. vi.* ff. *de donat.* excipitur tamen filius-familias, qui quum restari nequeat nihilofecius mortis causa donare potest; quia donatio est iuris priuati; testamentum vero iuris publici, cuius non nisi ciues romani, adeoque patresfamilias capaces sunt l. 25 §. 1 ff. *de mort. caus. donat.* Ad qualemcunque donationem, tam mortis causa quam inter viuos requiritur ex parte donatarii acceptatio, vt ex definitionibus apparet l. 38 ff. *de mort. caus. donat.* iunct. leg. 77 §. 26 ff. *de legat. II* alioquin est impropria donatio, quo nomine in l. 29 ff. *de donat.* dicitur: *donari videtur.* Idem probat WERNHERVS in disput. *de acceptatione in donat. necessaria*; contrariam vero alit sententiam PETER de LVDEWIG in *different. iur. Rom. et German. in donatione et eius barbari amplexus acceptatione*, cui accessit TOBIAS RICHTER *de acceptatione in donatione mortis causa non necessaria.* His praemissis sequentes regulae obseruandae. Quibuscum est testamentifactio, et quicumque donationem acceptant, illis mortis causa donari potest l. 35 pr. ff. *de m. c. donat.* §. 24 *Inst. de legat.* Quicumque donationem acceptant, illis inter viuos donari potest. Acceptatio itaque ex parte donatarii est essen-

essentiale donationis requisitum l. 55 ff. de Obl. et Act.
maxime, postquam IUSTINIANVS eodem modo per-
fici donationem, quo emtionem venditionem, sanxit. l. 35.
§. 5. C. et §. 2. Inst. de donat. Excipitur tamen I. Do-
natio pie causae facta, utpote quae subsistit, etiam si
non sit acceptata II. Remissio debiti arg. l. 23 et 53 ff.
de solut. III. non quibuslibet personis, sed quibuslibet

§. III. ARGUMENTI CONTINUATIO.

IVRE VETERI Romano donatio simplex inter
vivos ob unitatem personarum prohibita erat I. inter
conjuges t. t. ff. et C. de donat. inter vir. et vxor. ex-
ceptis quibusdam casibus ab HEINECCIO in *Synt. An-
tiqu. Rom.* L. II. TIT. VII. §. 18 recensitis. At haec pro-
hibitio tantum pertinet ad tempora, quibus conventio
in manum mariti in usu erat, postea vero restricta fu-
it ad immodicas et meretricio amore sollicitas, ut late
ac pro more cum summa eruditione probavit Fautor
ac Cognatus meus, omnibus meis laudibus longe supe-
rior III. MENCKEN in *diff. de donatione inter virum et
vxorem non ipso iure nulla.* Porro II. vetita erat donatio
simplex inter patrem et filium in potestate sua confi-
rutum l. n. C. de donat. quia liberi sui cum patre pro
vna

una persona habentur l. 1 §. 1. ff. *pro donat.* l. 11. C. *de impub. et aliis subst.* et nemo sibi ipsi donare potest arg. l. 56 §. 1. ff. *de fideiuss.* Differentiam enim inter dantem et accipientem esse debere, equis non vider? Accedit, quod filius nihil sibi; sed omnia patri acquirit l. 1 ff. *si quis a parent. manum.* et ita etiam dominium rei donatae maneat penes patrem l. 17 C. *de donat.* Dari tamen casus exceptos, quibus donationes inter istas personas validae reddantur nemo negabit. Et quidem I. Si eiusmodi donatio confirmetur per silentium et mortem patris, quatenus scilicet quantitatem legitimam non excedit, vel eam excedens actis fuit intimata l. 25 C. *de donat. inter vir. et vxor.* ex parte enim adesse videtur donatio mortis causa, morte vero patria potestas dissolvitur l. 2 C. *de inoff. donat.* Nov. 162 c. 1 et 2. II. Si donatio filio facta ob singularia merita arg. l. 34 §. 1. ff. *de donat.* At haec proprie non est donatio, sed quaedam accepti beneficii compensatio l. 1 pr. ff. *de donat. et arg.* l. 27 ff. *cod.* proptereaque ad aduentitium non profectitium refertur. De meritis tamen omnino constat, necesse est, nec sufficit: dono filio benemerito; veritas enim spectatur, non quod quis finxit l. 8 ff. *de cast. pecul.* ideoque filio incumbit probatio STRYCK *de benemerit.* c. 2 n. 29 sequ. III. Si pater filio mancipia donauerit, et peculium eman-

B

cipato

cipato non ademerit, ex postfacto donationem perfecisse videtur l. 31 §. 2 ff. l. 17 C. de donat. IV. Si corroboretur per iusiurandum patris c. 28. X. de iureiur. c. 2 de pact. in 6to. Si enim pater filio in potestate eius constituto aliquid donet, et iuramento confirmet, quod rem donatam nunquam reuocare velit, eiusmodi donatio valida est. V. Si fiat ex causa castrensi vel quasi castrensi l. 4 C. de aduoc. diuers. iud. VI. mater quoque pro arbitrio liberis inter viuos donare potest l. 1 et 7 C. de inoff. donat. VII. Si pater filio remittat vsumfructum bonorum aduentitiorum l. 6 §. 2 C. de bon. quae lib. Neminem vero futurum esse credo, qui hanc prohibitionem tantum de liberis in patria potestate constitutis intelligendam esse, contendat. Quod enim ad liberos emancipatos attinet, recte pater illis aliquid donare potest l. 34 pr. ff. de donat. quod etiam per l. 2 C. de inoff. donat. confirmatur; quia ratio prohibitionis. sc. patria potestas quae vnitatem personarum constituit, cessat. Illi enim, qui e patria potestate dimissi sunt, pro extraneis habentur, vnde illis, vt quibuscunque extraneis, cum effectu a patre donari potest, nec donata reuocationi villo modo subiecta sunt l. 9 C. de reuoc. donat. nisi ex causis in legibus approbatis, ob quas quaelibet donatio rescindi potest, de quibus HEINECCIUS in Element. Iur. Civil. tit. de Donat. §. 462 agit.

Si

Si autem verum est, vti ex adductis apparet, quod pater filio emancipato cum effectu donare possit, suadendum erit cautelae loco, vt, quotiescumque vel pater filiofamilias vel filiusfamilias patri donat; roties filiusfamilias a patre ad hunc actum emancipetur. Ceterum quum principalia donationis fundamenta tantum anteponenda erant, passim obuia praetereo.

§. IV.

AGIT DE ORIGINE COLLATIONIS.

IAM VERO, praefructis donationis principiis, ratio speciminis mei inauguralis postulat, vt de origine collationis eiusque mutatione agam, quo eo facilius via ad ipsam tractationem aperiatur. Originem huius collationis quod attinet, ex antiquo succedendi fundamento, scilicet conseruatione familiae, petendam esse videtur: qui enim ad conseruationem familiae nihil afferre poterant, illi iure succedendi non gaudebant. Emancipati a patre vero, tanquam extranei, a familia, et eo ipso a iure succedendi erant exclusi. Praetor tamen, aequitate motus, liberos emancipatos, et a patre in testamento praeteritos, per bonorum possessionem contra tabulas, aut ex Edicto vnde liberi ad hereditatem paternam conuocabat l. 1 §. 2 ff. *quis ord. in poss. seruetur*. Licet hic nouus succedendi

dendi modus ex rationibus naturalibus excusationem mereretur; attamen heredibus suis per bonorum possessionem non mediocris iniuria inferebatur: emancipati enim omnia sibi, sui vero omnia patri acquirebant. Emancipati igitur non bona tantum post emancipationem acquisita praecipua habebant; sed et in partes suorum patri quaesitas succedebant, eoque longe melioris conditionis fiebant, quam sui. Stantibus sic rebus, aequitas naturalis suadebat, ut emancipati acquisita quoque, ad aequalitatem inter liberos conservandam, conferrent. Vnde *VLPIANVS* in l. 1 ff de *Collat. acquisitum esse*, ait, *ut sua quoque bona in medium conferant, qui appetunt paterna*. Qua propter emancipati, impetrata contra tabulas bonorum possessione, cauere debebant fratribus, qui in potestate manserant, bona, quae moriente patre habuerant, se collaturos *PAVL. Sent. v. 9. 4. VLPIAN. Fragm. XXVIII, 4.* Iure praetorio itaque soli emancipati, cum fratribus, suis heredibus, adscendenti succedere cupientes, ea, quae post factam emancipationem quaesuerant, quaeque patris fuissent, si in eius potestate mansissent, qualia tunc erant omnia aduentitia, in medium conferre iubebantur. Nec descendentes in patria potestate constituti ad collationem in hereditatem paternam erant obstricti, quia nihil possidebant, unde collatio fieri posset, quicquid

quid enim, acquirebant, patris erat. At videndum erit, an etiam emancipati emancipatis conferre obligati fuerint? Nobis neganda videtur quaestio, quia Praetor *solis suis* emancipatos conferre iusserat, unde merito concludo, emancipatos inter se concurrentes ad collationem non teneri, quod etiam per l. 1 §. 5 et l. 2 §. 5 ff. *de collat. bon.* l. 9 *C. de collat.* satis aperte confirmatur. Nec obstat l. 1 §. 16 ff. *de coniung. cum emancip. liberis*, cuius resolutionem nobis suppeditavit Dom. de BERGER in *Resolut. Legum obstant. tit. de collat. quaest. 1.* Hucusque de collatione secundum ius antiquum.

§. V.
 QUID IURE NOVO RATIONE COLLATIONIS INTRODUCTVM SIT?

QVEMADMODVM vero reliqua parentum iura sensim imminuta sunt, ita idem circa ius acquirendi per liberos contingit, introductis sub Imperatoribus pecuniis. Hoc enim facto, sui dominium adventitiorum sibi, non patri, acquirebant, istaque conferendi ratio cessabat. Cum porro IUSTINIANVS antiquum succedendi fundamentum aufereret et emancipatos aequae suos ad hereditatem paternam vocabat, factum quoque est, ut non emancipati solum, sed in patria potestate

itate etiam constituti ad conferenda ea, quae a viuis
 parentibus acceperant, adigerentur. Iam Imperator
 LEO in l. 17 C. de collat. liberis tam suis, quam eman-
 cipatis aequa lance, parique modo prospicere voluit,
 et longe ante eum simile quid SEAEVOLAM tentaf-
 se ex l. 1 §. 16 ff. de collat. non e longinquo apparet. IV-
 STINIANVS denique eadem aequalitatis inter liberos
 contemplatione commotus, in successione ex testamen-
 to quoque collationis iura vt optinerent, voluit, nisi
 expresse prohibita foret, aut aequitas contrarium sua-
 deret Nou. 18. c. 6 Auth. Ex testamento C. de collat.
 Potissimum autem huius iuris ratio in aequitate et con-
 seruanda aequalitate inter liberos quaerenda est, quae
 etiam regulas interpretandi dubios huius doctrinae
 casus suppeditare debent. Eadem autem ratione, qua
 sui, nepotes etiam quae pater accepit conferre debent
 l. 7 ff. l. 17 et 19 C. de collat. Certarunt de hac quae-
 sitione BASTINELLER de nepotibus in successione aui a
 parentibus accepta non conferenda et KRESSIVS de nepo-
 te ea, quae parens accepit in vniuersum conferente. KRES-
 SII sententia, me iudice, cum analogia iuris maxime
 conuenit: ex qua enim persona quis lucrum capit, eius
 quoque factum praestare debet l. 149 ff. de R. I. et 'qui in
 ius alterius succedit, iure eius vti debet l. 177 ff. eod. Et
 hoc quidem valet, etiamsi eius hereditati renunciarint nepo-

nepotes. Equidem scio hoc adfertum a B. BOEHMERO in *Introd. in Jus. Digest. tit. de collat. honor. §. 4* et ibi allegato STRYCKIO aliisque negari, quia scilicet iure proprio succedunt; Sed salua res est. Licet enim iure proprio abstineant ab hereditate paterna et auo succedant, quoad modum tamen diuidendi, iure repraesentationis succedunt, adeoque a conferendi vinculo non sunt relaxati, consentit LÜDER. MENCKEN, CARPZOV, BERLICH, FRANZKIUS et WESTENBERG. Sunt itaque Descendentes cum primi tum vltioris gradus, quibus onus collationis iniungitur. Atque Ascendentes a collatione exempti sunt, quia IVSTINIANVS in Nou. 18 c. 6. collationem ex sola aequitate aestimare voluit. Negari quidem nequit, si rem naturaliter consideramus, quin ascendentes omnino ea, quae a Descendentibus acceperunt, conferre deberent, quia secundum Nou. 118 c. 2 deficientibus descendentes ad hereditatem liberorum admittuntur. Sed obstat iuris veteris reuerentia. IVSTINIANVS in Nou. 18 c. 6 aequalitatem tantum inter liberos seruare studet, et collationem ad ascendentes non extendit. Cui subscribit BOEHMER in *Consult. T. II. Dec. 656 n. 20*. Ceterum quidquid in hoc casu valet de Ascendentibus, valet etiam de Collateralibus, qui eodem iure praetorio ab onere collationis sunt libera-

ti, quia secundum Edictum soli liberi conferre coguntur, et nihil hac de re in legibus nouioribus mutatum inuenimus. Nec locus erit collationi, quum pari iure ad bonorum possessionem admittantur, et neuter alterum incommodo adficiat l. 1 §. 5. ff. de collat. bonor. l. 1 §. 13 ff. de coniung. cum emanc. liber. Multo minus vero extranei conferre debent, vel collationem petere possunt l. 12 C. commun. vtriusque iud. Quod autem ad Coniugem inopem attinet, licet sit extraneus attamen per Nou. 53 c. 6 conferre debet ea quae legari nomine accepit, si scilicet minus sit debita portione. Nec valere credo dissentientium opiniones, hanc dispositionem tantum de vxore intelligendam et ad maritum extendendam non esse, statuentes, nam I. nulla adest diuersitatis ratio et II. Nouella laudata expresse hanc sanctionem ad maritum extendit. Euoluas velim HVBERI praelect. ad Inst. tit. de success. ab Intest. secund. Nou. 118.

§. VI.

SISTIT COLLATIONIS DEFINITIONEM, SIMVLQVE REGVLAM DE CONFERENCE BONIS OFFERT.

IAMIAM operae quoque pretium erit, in hac bene ordinanda tractatione, seiuncto iure antiquo a nouo

uo

no, collationis definitionem conicere. COLLATIO itaque iure nouo considerata, est *actus, quo ob voluntatem parentum, ex aequali affectu praesumptam, liberi res, quas animo non donandi, a viuis parentibus, quibus succedunt, acceperunt, et adhuc possident, vel dolo aut culpa amiserunt, communi hereditati ad conseruandam aequalitatem, inferre tenentur.* De Collationis diuisionibus legi merentur LVDOVICI *Vfus pract. dist. tit. de collat. dist. II not. A.* et ibi citati Auctores. Quod autem ad bona, quae oneri collationis subiecta sunt, attinet, consideratis legibus, sequens generalis regula nobis se offert: Omnia bona, quae 1. ab adscendente, cui succeditur, profecta, aut inritu eius sunt acquisita 2. inter viuos 3. ob certam causam ad liberos peruenerunt et 4. tempore mortis vel vere vel fecte existunt, conferri debent. Ad illustrandam autem regulam nostram exempla adicere licebit, vbi ordinarie collationi locus est. Quo refero:

I. Dotem. Iustum enim visum fuit, vt filiae dotem conferrent, quia, cum pater ex necessitatis vinculo, ad onera matrimonii sustinenda, filiam dotare teneatur, non praesumitur, quod velit vt filiae dos sit praecipua l. 1 §. 1 ff. *de dot. collat.* Exceptiones offert STRVVIVS in *Synt. Iur. Ciuil. Exerc. 37 th. 42.*

II. Donationem propter nuptias. Vt dos a filia,
C
ita

ita a filio donatio propter nuptias ab adscendente accepta et in securitatem dotis vxori vel sponsae data conferenda est l. 29 C. de inoff. test. l. vlt C. de dot. promif. l. 17. 19. et 20. §. 1. C. de collat.

III. Omnem donationem ob causam. Cui annumerantur subsidia paterna l. 17. in f. C. de collat.

IV. Multa pro filio praestita. Delictum enim vnus non debet nocere reliquis l. 22 C. de poen. et pater non ex liberalitate, sed potius ex necessitate multam pro filio soluisse videtur VINNIVS de Collat. c. 13. n. 10.

V. Quod pater pro filio fideiussore soluit, quia pater necessitate adactus non donandi animo hoc fecisse praesumitur l. 18 in f. ff. de adim. leg.

VI. Id quod pater impendit pro filii praebenda, vbi quaeritur, vtrum pretium, quo praebenda emta, an vero illud pro quo tempore mortis patris vendi posset, conferri debeat? posterior sententia cum analogia iuris magis conuenire videtur arg. l. 30 §. 2 C. de inoff. test. sed prior teste STRYCKIO de successione ab intest. Diff. II. c. 3 §. 5 est in foro recepta. Sufficiant adducta exempla ad demonstrandum, quatenam bona secundum regulam nostram in collationem veniant. Attamen omnino cum adhibita restrictione haec intelligenda esse, autumo, nisi aequitas naturalis aliud quid suadeat, aut ex circumstantiis contrarium appareat, si scilicet pater

ter collationem remiserit, vel prohibuerit, nam libera est parentibus vni plus relinquendi, quam aliis facultas, modo liberi non fraudentur in legitima l. 8. C. de inoff. test. et nihil interest, siue remissio expresse fiat, siue tacite. BERLICH P. II Dec. 249.

§. VII.

CONTINET BONA, QVAE AB ONERE COLLATIONIS EXEMTA SVNT.

ORATIO MEA se vertit ad ea bona quae non conferuntur. Iam vero per reg. nost. ea tantum conferuntur, quae quis a viuis parentibus accepit; exinde autem omnino sequitur, vt collatio in iis, quae mortis causa acquiruntur, cessare debeat, quo pertinent

I. Fideicommissa liberis relicta l. 1 §. 19 ff. de collat. bonor. l. 10 C. de collat.

II. Legata l. 4 ff. de dot. collat. et quae liberis, vt praecipua habeant, relinquuntur, vt praelegatum dotis aut donationis propter nuptias l. 10 C. de collat. l. 39 §. 1 ff. famil. hercis. Negare non possum, quin legata olim conferri debuissent, vti apparet ex l. 1 §. 18 ff. de collat. postquam vero legata et fideicommissa a Iustiano sibi sunt per omnia exaequata, ita, vt quod deest legatis, repleatur ex natura fideicommissorum l. 2 C. comm. de legat. et fideic., factum quoque est, vt ea,

quae legati nomine relinquuntur, a collatione exempta sint. Et hac ratione conciliari posse l. 1 §. 18 et 19 all. credo.

III. Mortis causa donationes l. 13 C. de collat. suspenduntur enim a conditione mortis, cuius euentus non nisi post mortem donatoris existere potest. Ea vero, quae post mortem eius, de cuius successione agitur, acquiruntur, in collationem non veniunt, l. 2 §. 2 l. 15 §. 19 l. penult. ff. et l. 6. 13 et 17 C. de collat. Ex eadem regula porro sequitur, ut bona, quae aliunde quam ab adscendente, scilicet ab extraneo, aut cognato, profecta sunt, non conferantur, qualia sunt bona adventitia tam ordinaria, quam extraordinaria l. vlt. C. de collat. Quaedam denique, licet secund. reg. nost. in collationem venirent; attamen privilegiata sunt et ab onere collationis liberata. Quo referuntur

I. Bona castrensia l. 12 C. de collat. l. 1 §. 13 ff. de collat. bonor. l. 4 ff. de cast. pecul. quod etiam probat IUVENALIS Satyr. vlt. v. 51.

*Nam quae sunt parta labore
Militiae, placuit, non esse in corpore census,
Omne tenet cuius regimen pater.*

II. Bona quasi castrensia, quae scilicet filiusfam. occasione militiae rogatae acquisivit l. 1 §. 15 ff. l. vlt. C. de collat. quo etiam pertinent ea, quae filios. ad discen-
das

das artes liberales et quasvis dignitates obtinendas dan-
tur l. 1 §. 16 ff. *de collat. bon.* Ex quibus sequitur, ut
sumtus in studia non conferantur l. 50 ff. *famil. hercise.*
KVVIER *de immunitate studiorum, aliorumque sumtuum*
a collatione Tubingae 1688. Huc etiam referuntur libri
in usum filii ab adscendente comparati, sunt enim ar-
ma studiorum l. 4 pr. ff. *de cast. pec.* l. 4 C. *famil.*
hercise. Potro huc pertinent sumtus peregrinationum
WERNHER *in Obs. forens.* T. 1 P. 2 *Obs.* 424. Deinde
debita, ex causa studiorum viuo patre contracta, mo-
do sint licita, honesta, modica, et studiorum gratia
facta. Quae itaque in academiis lautiori victui, ami-
ctui, symposiis et conuersationi cum consensu patris
impenduntur, non conferuntur, aliquid enim hic leui-
tati iuuenili concedendum videtur, qua

Imberbis iuuenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, et apici gramine campi:
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisor, prodigus aeris,
Sublimis, cupidusque, et amata relinquere pernix

HORATIVVS *de arte poet.* v. 161. sequi, licet BODINVS
in dissert. de collatione sumtuum studiorum Halae 1703
habita §. 25. contrariam defendat sententiam.

III. In collationem non veniunt ob benemerita
donata arg. l. 10 C. *de collat.*

IV. Nec Lytrum, quo pater filium, iusto dolore motus a captiuitate liberauit l. 17. C. de postlimin. et denique.

V. Simpliciter donata a collatione eximuntur, de quibus in sequentibus ex instituto agendum erit.

§. VIII.

DONATIO SIMPLEX IN HEREDITATEM
PATERNAM NON CONFERTVR

IPSE tractationis ordo ad indagationem thesios me accedere iubet. Demonstrabo itaque: *donationem simplicem, ob perspicuam donatoris intentionem, in hereditatem paternam non esse conferendam.* Quenam, quaeso, potest esse intentio eius, qui aliquid in accipientem nullo iure cogente, sed ex mera liberalitate transfert? Sane, nisi me omnia fallunt, ea mente atque intentione hunc liberalitatis actum suscipit, ut donatarius inde eius amorem ac benevolentiam erga se agnoscat, remque donatam grata mente accipiat. Facta autem hoc modo donatione, quis est in quem tanta firmitudinis vis, ut sibi persuadeat, donatorem tantum dominium rei donatae ad sex aut decem annos in donatarium transferre, et, elapsis annis, reuocare uelle. Ponamus etiam, quod donatori tempore donationis iam extant liberi, haud validum ex naturali donatoris erga liberos amore argumentum deduci potest, eum uerentem, ne liberi aliquantulum per hanc donationem

nem

nem laedantur, voluisse, vt donatarius rem donatam, morte secuta, liberis restituat, et fructibus inde perceptis sit contentus. Nemo certe, et ego sum auctor, ita praesagax est, nisi expressa donatoris voluntas de re donata eius liberis restituenda concurrat. Faciamus applicationem ad patrem donantem et filium acceptantem. Pater aut alius quis adscendentium dat vni ex liberis aliquid ex mera liberalitate ad amoris benevolentiaeque tesseram. Quenam est, quaeso, intentio patris? Fortasse vt filius thesaurum, quem defuncto patre acquireret, videat, et acceleratam eius mortem, quo eo citius dominus thesauri fiat, ex voto exoptet, atque expectet? Aut fortasse, vt fratribus fororibusque enarret, quanam sint bona patris, quaeque inter eos post obitum patris in diuisionem veniant? Aut denique, vt filio rem quandam vsque ad mortem suam gratis vtendam tradat, et morte secuta restituendam, quod parum aut nihil differet ab eo, si quis extraneus mihi rem in commodatum daret; eadem enim adest vrilitas, idemque benevolentiae specimen. Alia itaque omnino esse debet intentio patris, qui vni liberorum simpliciter ac absolute donum dedit, scilicet, vt illud habeat praecipuum, et vt intelligat, patrem sibi prae caeteris singulari fauore ac amore affectum esse. Quomodo autem optineretur finis quem

sibi

sibi pater habet propositum, si filius, post mortem patris donatum conferre et cum reliquis liberis diuidere teneretur? Quis ex hoc actu donandi iustam conclusionem eruere potest, quod pater tantum filio usufructum rei donatae ad mortem suam concedere voluerit? Obiiciunt quidem dissentientes pater imputet sibi, quod mentem suam non perspicue declarauerit: donatio enim non praesumitur, nec credendum est, patrem reliquos liberos laesione quadam afficere voluisse. Sed respondemus, quod sane voluntatem suam perspicue declarauerit pater, qui hunc filium prae reliquis amore suo dignum censet; alioquin omnibus aliquid donasset aut nulli. Ipse itaque donandi actus satis indicat, quod pater hunc reliquis praeferre et aequalitatem inter liberos negligere velit. Hoc dictum velim pace *Viri excellentis doctrinae ac famae* IOH. HEVMANNI, CUI in *Exercitationibus iuris vniuersi spec. IX* contrariam sententiam contra WERNHERVM defendere visum est. Noua vero dubia in inuestiganda quaestione nobis mouet *Vir Elogia mea longe supergressus* FRID. ESAIAS PVFENDORF in *Obs. Iur. vniuers. obs.* 171 concedens quidem donationem simplicem non conferri, ea tamen limitatione, nisi a patre filiosam facta. Nam, inquit, plane, si pater filiosam donauerit, donatio, nulla est, quia inter patrem et filium contra-

ctus

et us non subsistit. Exinde autem sequeretur, totam nostram pertractationem nullius esse utilitatis. Quum vero iam supra §. III demonstratum dedimus, dari casus exceptos, quibus omnino donatio inter patrem et filium subsistat, fas etiam nobis visum est, meditationes eo magis ad hanc donationem dirigere, quod minus de alia donatione eiusque collatione dubium oriri possit. Res enim a matre vel extraneo donatae ad peculium aduentitium pertinent, et, quod extra omnem dubitationis aleam positum est, ab ipsoque *Consultissimo* PUFENDORFIO conceditur, a collatione exemptae sunt.

§. VIII.

DONATIONEM SIMPLICEM NON ESSE CONFERENDAM LEGE XX. §. I. COD. DE COLLAT.

PROBATVR.

NE VERO thesin nostram ex sola donatoris intentione demonstrare cupiamus, operae quoque pretium erit id, quod in legibus de conferenda aut non conferenda donatione simplici in hereditatem paternam sancitum est, breuibus explicare. Etenim verum est, quod, si leges nostras euoluamus, saepe dispositum inueniamus, vt ea, quae in peculium, aut dotis nomi-

D

ne,

ne, vel propter nuptias liberis data sunt, conferrit debeant. Quis vero est, qui ex legibus demonstrare audeat, quod liberis expresse necessitas simplicem donationem conferendi imponatur. Ex aduerso potius, ut liberi ab onere collationis exempti sint, variis in legibus haud obscure dispositum reperimus. Audiamus hac de re *IUSTINIANVM Imperatorem* in leg. 20 §. 1 C. de collat.

Ad haec, inquit, cum ante nuptias donatio, vel dos a patre data, vel matre, vel aliis parentibus pro filio, vel filia, nepote, vel nepte, caeterisque descendantibus conferatur: si vnus, vel vna liberorum ante nuptias tantummodo donationem, vel dotem, non etiam simplicem donationem accepit, vel acceperit, alter vero, vel altera neque dotem, neque donationem ante nuptias a parente suo suscepit, vel susceperit, sed simplicem tantummodo donationem; ne ex eo iniustum aliquid oriatur, si ea quidem persona, quae ante nuptias donationem, vel dotem suscepit, conferre eam cogenda sit: illa vero, quae simplicem tantummodo donationem meruit, ad collationem eius minime coarctanda est: si quid huiusmodi acciderit, iubemus ad similitudinem eius, qui ante nuptias donationem, vel dotem conferre cogitur, etiam illam personam, quae nulla dote, vel ante nuptias donatione data, solam simplicem donationem a parenti.

rentibus suis accepit, conferre eam: nec recusare
 collationem ex eo quod SIMPLEX DONATIO NON
 ALITER CONFERTVR, NISI HVIVSMODI LE-
 GEM DONATOR TEMPORE DONATIONIS
 SVAE INDVLGENTIAE IMPOSVERIT.

Recensentur his verbis duo tantum casus, qui-
 bus donatio simplex conferenda fit: vnde merito colli-
 gitur extra eos collationem non exigi. Casus excepti
 sunt, I. Si vnus liberorum donationem propter nu-
 ptias vel dorem, alter vero, qui a parentibus se haud
 quaquam disiunxerit, donationem simplicem accepe-
 rit, tunc vt ille, qui dorem vel donationem propter
 nuptias accepit, ita et hic, qui tantum donationem sim-
 plicem accepit, ad collationem tenetur; quia hoc casu
 pater, ad conditionem liberorum exaequandam, do-
 nationem simplicem fecisse censetur. II. Donatio sim-
 plex extra hunc casum nunquam confertur; nisi pater
 expresse ea conditione ac lege donauerit, vt post mor-
 tem suam in hereditatem conferatur, ne praecipua a-
 pud filium vel filiam permaneat. DIONYSIVS GO-
 THOFREDVS quidem *in glossa ad legem nostram lit. m.*
 alium huius legis sensum putat; in verbis scilicet finali-
 bus: *Nisi huiusmodi legem donator tempore donationis*
svae indulgentiae, vanum donatarii argumentum pro-
 poni disputat, ac ab Imperatore reiecti; ita vt sensus
 huius legis sit, Donationem simplicem vni vel pluri-

bus liberorum factam, semper conferri debere, nec donatarium posse collationem recusare sub vano hoc praetextu, quod donatio simplex a collatione exempta sit; nisi donator expresse collationem fieri iusserit. Sed, in verbis hisce iterum iterumque perlectis, nullum donatarium sermocinantem inuenio; et hoc quoque concessio, nihilominus interpretatio nostra nullo modo infringitur. Imperator enim de eo tantum iudicat, quod per exceptionem a donatario allegari posset: scilicet cum donatio simplex nunquam conferretur, nisi donator expresse id fieri iusserit, se quoque in hoc casu licet reliqui donationem propter nuptias et dotem conferant, simplicem donationem conferre non debere. Et hanc exceptionem in hoc casu reiicit Imperator. Nec nos mouet opinio eorum, qui distinguunt inter donationem a matre auoque materno factam, et eam quae a patre profecta est; in priori casu immunitatem ab onere collationis admittentes, negantes in posteriori. Etenim haec distinctio non inuenitur in laudata *lege 20*, quae potius generatim loquitur, cuiusque principium patris aequae ac matris aliorumque parentum facit mentionem.

§. X.
 EXPLICAT LEGEM XIIX C. FAMIL. ERCISC.
 ET AB OBJECTIONIBVS VINDICAT.

AD vltiorem argumenti probationem haud pa-
 rum faciet adductio constitutionis *Imp. DIOCLETIA-
 NI ET MAXIMIANI* in l. 18 C. *famil. ercisc.*

*Filiae cuius nomine pater res comparauit, si
 non postea contrarium eius iudicium probetur, per
 arbitrium diuidendae hereditatis praecipuas adiudi-
 cari saepe rescriptum est. His itaque, si patri suc-
 cessisti, quem nomine tuo quaedam comparasse di-
 cis, aduersus sororem tuam apud Praesidem pro-
 uinciae, si res integra est, vti potes.*

Verus huius legis sensus secundum regulas sanae
 interpretationis erit: Res, quas pater filiae donauit,
 post mortem eius in hereditatem non conferuntur; ni-
 si, id voluisse pater, probetur. Quo autem rationes de
 nostra interpretatione reddamus, sciendum est: *filiae
 donare, et nomine filiae comparare* vnum idemque esse.
 Ad probandam hanc sententiam me in porrum *legis 32
 §. l. ff. de donat. inter vir. et vxor. conuicio, vbi donare
 alicui, et animo donandi alicuius nomine comparare* pro
 synonymis accipiuntur. BEYERVS quidem in *Delin.
 Jur. Ciuil. tit. de Collat. pos. 21 not. f. pag. m. 496 a. me*
 plane

plane est alienus, distinguens inter rem filiae nomine à tertio comparare, et rem ex propriis filiae donare; qua propter WISSENBACHIVM carpit, qui, hanc distinctionem ineptam esse, credit. Ad WISSENBACHIVM refutandum his verbis vritur: *In prohibita inter coniuges donatione ob rationem prohibitionis (ne coniuges praetextu mutui amoris se inuicem spolient, et venalitia fiant matrimonia) idem esse largior, utrum ex propriis maritus donet, an aliunde pro uxore comparet; At in quibuscunque aliis iuris capitibus idem esse nemo euincet, praesertim qui cogitat, pecuniam in singularibus in locum rei, renue in locum pretii non succedere.* BEYERVS assœclam habet SCHLITIVM, qui in not. ad LVDOVICI usum pract. dist. iur. tit. de donation. not. C. p. m. n. 6. ad Dom. de BERGERVM refellendum *κατά πῶδα* BEYERI verba profert. Si autem verum est id, quod ipsi *Dissentientes* concedunt, donare alicui, et animo donandi alicuius nomine comparare in leg. 32 cit. synonyma esse, non intelligo, quo iure siue secundum quasham interpretandi regulas verba leg. 18 all. absque omni necessitate in alium sensum detorquere cupiant, cum in lege ne vestigium quidem inueniatur, ex quo tale quid conici possit. Et quid est, quod analogiae iuris magis conueniar, quam quod eadem verba in diuersis legibus eundem sensum recipiant, nisi circumstantiae et verba antecedentia

dentia consequentiaque aliud suadeant. Nec argus profecto in leg. 18 aliquid de tertio vel de propriis inueniet, unde diuinatoriam hanc interpretationem esse, plane autumo. Caeterum id, quod Dissidentes addant ad stabiliendam suam opinionem, res scilicet in locum pretii vel pretium in locum rei haud succedere, non erit magis momenti. Si enim filia pretium deberet conferre, non dici posset cum effectu, res ei praecipuas adiudicari. Tandem cum STRYCKIO in *diff. XI. c. 4. § 13 sequ. d. success.* mihi lis erit, qui eousque in dissentientium opinione propaganda progreditur, ut ei leg. 18 saepe laudatam explicare visum sit de patre, qui ex propriis rem filiae nomine sine animo donandi comparauerat, ita ut filia rem illam quidem habeat praecipuam; sed pretium, in rem a patre impensum in hereditatem paternam conferre debeat; addita hac ratione: donatio non praesumitur, credita ergo illa pecunia magis, quam donata videtur. Facit quoque sibi ipsi instantiam quod filia rem emtam hoc modo non haberet praecipuam; At responder: in d. l. tantum dicitur, filiam rem illam praecipuam habere debere, non vero pretium, magis enim ipsius interesse poterit, rem non conferri, quam pretium, quo res emta. Cum vero in lege nostra nihil de pretio disponitur, sed simpliciter sancitum legitur, res a patre filiae nomine com-

para-

paratas praecipuas adiudicari, nescio, quomodo Imperatores hac locutione uti potuissent, si filia pretium conferre deberet. Et hanc interpretationem iuvat etiam l. 2. C. de inoff. donat; Ex qua satis perspicue apparet, quod iure veteri ea, quae simpliciter liberis donata erant, in collationem non venissent, sed potius officio arbitri familiae eriscundae illis praecipui loco adjudicata fuissent. Ceterum ex coniecturis et circumstantiis quoque colligendum est, patrem voluisse, ut res filiae praecipua esset, dum rem nomine eius emit, ipsique tradidit; quod sane facturus non fuisset, nisi voluntatem simpliciter donandi habuisset.

§. XI.

TRADIT LEGEM 25 COD. DE DONAT.

INTER VIR. ET VXOREM.

IAM VERO ex eo argumento thesin nostram demonstrare cupimus, quod donatio a patre liberis facta per mortem eius corroboretur, quapropter l. 25 C. de donat. inter vir. et vxor. adducere licebit, ubi dispositum legitimus:

Donationes, quas parentes in liberos cuiuscunque sexus in potestate sua constitutos conferunt, vel vxor in suam maritum, vel maritus in suam vxorem, vel

vel alteruter eorum in aliam personam, cui constan-
 te matrimonio donare non licet, vel aliae personae
 in eam cui donare non poterant, ita firmas esse per
 silentium donatoris, vel donatricis sancimus, si us-
 que ad quantitatem legitimam, vel eam exceden-
 tes, actis fuerint intimatae. Nam amplioris quan-
 titatis donationem minime intimatam, nec per si-
 lentium eius qui donauit, confirmari concedimus.
 Sin vero specialiter eas in suprema voluntate do-
 nator vel donatrix confirmauerit, sine ulla distin-
 ctione ratae habebuntur: ita tamen, ut si quidem
 ultra lege definitam quantitatem expositae, minime
 in actis insinuatae fuerint: specialis earum confir-
 matio ex eo tempore vim habeat, ex quo eadem
 donationes confirmatae sunt. Si vero vel non am-
 plior sit donatio, vel cum amplior esset, in actis
 insinuata sit: tunc et silentium donatoris, vel donatri-
 cis, et specialis confirmatio ad illud tempus refera-
 tur, quo donatio conscripta sit: sicut et alias rati-
 habitationes negotiorum gestorum ad alia reduci tem-
 pora oportet, in quibus contracta sunt. Nec in cae-
 terum subtilem diuisionem facti, vel iuris introdu-
 ci posse.

Cum itaque Imperator IUSTINIANVS in hac le-
 ge expresse sanxerit, ut donatio a patre liberis facta, et

E morte

morte eius confirmata valere ac subsistere debeat; sequitur, ut simul eiusmodi donationem ab onere collationis liberare ac irrevocabilem reddere voluerit. Nullus enim haec donatio effectus esset, et filiusfamilias minime se iactare posset, quod veram ac irrevocabilem donationem accepisset, si eam post mortem patris conferre, et eo ipso irritam facere deberet. Ad quid vero hanc demonstrationem ulterius deducere intendimus? Nonne expediri iuris est, quod ea, quae liberi post mortem patris acquirunt, non conferantur? Iam vero haec donatio morte patris demum conualescit; ideoque liberos morte eius eam summo iure acquirere, natura ultimarum voluntatum indutam, merito contendit. Carpit quidem supra laudatus SCHLITTIUS l. c. ob hanc adsertionem *Dom. de BERGER* et responsionem ex ipsa lege 25 in promptu esse, sibi persuadet. Eiusmodi, inquit, donatio retrahitur ad id tempus, quo facta, et sic indolem ac naturam donationis inter vivos habet; quae vero a viuis parentibus acquiruntur regulariter conferri debent. At ex hac ad refutationem responsione parum solatii hauriri credo; Si enim verum esset, quod haec donatio naturam donationis inter vivos indueret; sequeretur, ut ipso iure nulla esset, quia, ut iam supra demonstravimus, donationes inter patrem et filium plane non subsistunt, nisi in casibus

casibus exceptis. Inde recte concludo, quod, licet haec donatio ad tempus factae donationis retrorahatur, naturam tamen donationis inter viuos propterea non statim habeat. Quamuis enim ad id tempus, quo facta est, reducatur, prius tamen non subsistit, quam donator decesserit, atque hincinde morte demum confirmatur, eoque intuitu naturam vltimae voluntatis, quae respuit onus collationis, retinet. Porro et aliam cum BERGERO rationem silttere liceat, scilicet: quid, quid in fauorem liberorum introductum est, in eorum odium detorqueri non debet. Iam vero in fauorem liberorum introductum est, vt donationes, quae alioquin ipso iure irritae sunt, subsistere debeant, si morte patris confirmantur; quod beneficium omnino in eorum odium dotorqueretur, si non obstante hac dispositione ad collationem essent obstricti. Atque ex adductis haud obscure liquet, quod retroractio, cuius in lege nostra mentio fit, de fructibus rei donatae potissimum ita intelligenda sit, vt eos Donatarius non a tempore confirmatae, sed iam a tempore conscriptae donationis suos faciat, cum extra hunc casum fructus rei donatae demum a tempore confirmatae non vero conscriptae donationis lucraretur. In hoc itaque casu donatio ad tempus factae donationis retrorahitur. Et haec argumenta sufficiant ad confirmandam sententiam;

quod donatio simplex in hereditatem paternam non sit conferenda.

§. XII.

OFFERT RESOLUTIONEM OBSTANTIS
LEGIS XIII COD. DE COLLAT.

IAM VERO instituti ratio poscit, ut ad legum obstantium resolutionem me accingam; qua propter primo loco legem XIII Cod. de Collat. offerre licebit, qua

Si donatione tibi post mortem patris fundum quaesisti, soror tua portionem eius vindicare non potest.

Nam si is filiae familias constitutae tibi a patre donatus est: cum sorore patri communi succedens, eum praecipuum habere contra iura postulas.

cautum est. Ad eruendam genuinam huius legis mentem, permulti Doctorum laudabilem nauarunt operam; paroemia vero: quot capita, tot sensus, et hic sibi locum vindicat. A re mea quidem longe alienum foret, si omnium opiniones enarrare ac errores circa interpretationem huius legis commisso demonstrare vellem, praesertim quum WISENBACHIVS ad b. t. thes. XII in conquirendis Interpretum argumentis operam leuet. Attamen vero inter reliquos legum administratos GOVEANVM, et qui eius vestigia pressit FACHINVM fas visum est adducere. Hi enim laudati vim textui
sa-

facere ita conati sunt, vt particulam negatiuam addant, et loco verborum, *filiaefamilias constitutae tibi*, ponunt, *filiaefamilias non constitutae*. Sed quis est, quaeso, qui hanc interpolationem interpretationis nomine honorare possit, quam nullus dubito, quin hoc modo omnium legum sensus pro lubitu explicare, facilis esset negotii. Concessa etiam hac violenta interpretatione, sequeretur, vt liberi tantum emancipati, donationem simplicem conferre debeant. Quilibet vero, me non monente, hoc adsertum legibus ex iure nouo supra allatis maxime aduersari, videt; qua propter sicco etiam pede transibo, quod memorata locutio inusitata et legibus sit incognita. Nec magis nos ad se trahit ANTONIVS FABER qui in *Dec. 40 Cor. I.* textum nostrum ita emendat, vt verba *a patre*, vel plane reiicienda, vel eorum loco, *a matre*, substituenda disputer. Sed hoc est lacerare leges, non explicare. Alium explicandi modum sibi proposuit CUIACIVS L. III. *Observationum* c. 30. qui distinguit inter *successionem ab intestato* et *ex testamento*, et priori casu secundum legem nostram donationem simplicem conferri debere, posteriori non debere, ventilat. Sed haec distinctio eo ex fundamento reiicienda est, quod tempore DIOCLETIANI ET MAXIMIANI, qui sunt auctores citatae legis 13, collatio ex testamento nondum fiebat, nisi te-

stator eam fieri expresse praecepisset l. 1. §. 7 D de collat. honor. l. 10. C. de collat. Tandem HUBERVS in pracl. ad Pand. tit. de Collat. pos. 4, quem securus est IOH. GOTTL. NEVHAUS de Collat. honor. §. 30., alio interpretandi modo vitur, qui quidem largitur, filiamfamilias, de qua lex loquitur, ad collationem teneri; non vero liberos emancipatos. Et hanc quidem diuersitatis rationem affert: quod donatio filiaefam. facta, propter vinculum vnitatis personarum inualida sit l. 1. §. 1 D. pro donat. l. 3 §. 2 sequ. de donat. inter vir. et vxor. §. 4 Inst. de inutil. stipulat. adeoque res a bonis paternis alienata non videatur, sed conferenda; quibus obstare non putat, quod eiusmodi donatio post mortem patris conualescat; eo enim inquit, non statim conferendi necessitas excluditur. At supra a me manifeste demonstratum esse opinor, quod donatio patris filiosfam. facta ipso iure nulla sit, nisi morte eius valida ac irreuocabilis sit reddita. Et vt verbis Dom. WERNHERI vtat: incongruum plane est, eodem tempore donationem ratam haberi et simul conferri.

§. XIII.

ARGVMENTI CONTINVATIO.

MHI VERO, quod pace tantorum ICtorum, dixerim, quorum immortalia ia Iurisprudenciam merita perpetuo veneror, duplici modo legem conciliari posse, videtur.

Si

I. Si legem non de simplici donatione, sed de donatione ob causam intelligamus, et speciatim de donatione dotis causa facta, quae interpretatio auctorem agnoscit DECIVM, relata a FABRO *Decad.* 40. *Err.* 1, Hanc quoque interpretationem, licet a BACHOVIO *ad Treutlerum Vol. 2 Disp.* 17 *thes.* 5. *Tit.* 9. plane diuinatoria vocetur; tamen ex sequentibus rationibus subsistere, merito contendo: 1) Quia haec donatio magis praesumitur, quam simplex donatio, imprimis hoc loco ob conditionem donatariae, quae est filiafamilias 2.) quia haec species donationis in l. c. 13 proposita statim et ab initio valida est, quum donatio simplex, filiofamil. facta, morte demum patris valida reddatur. Ex quibus plane sequitur, ut haec lex non de alia quadam donationis specie intelligenda sit.

II. Si cum VINNIO *de Collat. C. XV §. 10* saepe allatam legem non de vera ac propria donatione, sed de datione in peculium explicemus. Sic enim legem nostram facili negotio cum *leg. 18. C. famil. cresc.* conciliare possumus; praesertim cum viraque ab iisdem Imperatoribus, DIOCLETIANO ET MAXIMIANO lata sit. Sunt quidem, qui hanc interpretationem pro violenta venditant, ut BRUNNERVS *cap. 4 n. 812*, et SCHLITTVS *l. c.*; sed inusitatum non esse credo, quod in *peculi-*
um

um dare per verbum donare indicetur, ut apparet ex l. 31 §. 1 et 2 D. de donat l. 37 §. 1. l. 49 ff. de acqu. rer. dom. Huic etiam interpretationi subscribunt DVARENVS cap. 2 de collat. BACHOVIVS ad Treutlerum l. c. WERNHER in Obseru. P. 1 obs. 367, immo eandem communem esse, dicit Ias. ad Autb. Ex tastam. C. de collat. Et eo magis haec interpretatio subsistere potest, quo certius est, quod in his donationibus praepriis ad voluntatem patris respiciendum sit. Si enim eo animo filio aliquid donauerit, ut filii proprium sit, neque voluntatem mutauerit, a collatione exemptum est; si vero in peculium dederit, in collationem omnino veniat.

§. XIV.

CONTINVAT ARGVMENTVM SIMVLQVE
NOVELLAE XVIII CAPVT VI
REPRÆSENTAT.

TRANSITVM nunc ad Ius nouum facere licebit, ex cuius fontibus sibi aliquantulum solatii promanare aduersae sententiae Patroni fortasse iactabunt. Maxime vero huc pertinere videtur *Novellae XVIII caput VI.*

Illud quoque, inquit IUSTINIANVS, bene se habere credimus hac lege complecti: prioribus enim legibus volentibus, in collationibus si quidem sine testamento
more-

morentur parentes, collationes secundum earum virtutem fieri: si vero testati nihil dicentes de eis, locum non fieri collationibus, sed res habere per dotem forte aut alio modo datas: et quae sunt relicta defendere: Nos sancimus, non esse omnino talem opinionem: sed si quisquam intestatus moriatur, siue testatus, quoniam incertum est ne forsitan oblitus datorum, aut quae tumultu mortis angustatus, huius non est memoratus, omnino esse collationes, et exinde qualitatem, secundum quod olim dispositum est, nisi expressim designaverit ipse se velle non fieri collationem, sed habere eum qui cogitur ex lege conferre, et quod iam datum est, et ex iure testamenti: omnibus quae prius de collationibus a nobis sancita sunt in sua virtute manentibus.

Summam huius capituli nobis offert *Authentica Ex testamento C. de collat.* et eo redit, ut collatio dotis et donationis propter nuptias aequae ex testamento ac ab intestato fieri debeat; nisi defunctus expressim aliud designaverit. Verba vero dicti capituli, *per dotem forte, aut alio modo datas* scrupulum fortasse animo ita iniicere possent, ut in iis quoque donationem simplicem latere, quis putaret. At minime video, cur haec verba non de donatione propter nuptias, militiam, vel ob aliam causam intelligere liceat; Quo etiam ea, quae tempore emancipationis aut deinceps ad familiam in-

F

struen-

struendam filio data sunt, referre possumus, quia haec filius non iure simplicis donationis, sed ob causam quandam accepit. Nec eorum reiicio interpretationem, quibus placet haec verba de donatione simplici explicare, eo scilicet in casu, quo ab vna parte donatio simplex, ab altera dos, vel donatio propter nuptias conferuntur. Ipse enim IVSTINIANVS proficitur in allegato capite in fine: *discrimen tantum testati et intestati sublatum esse, omnibus, quae prius de collationibus a se sancita sunt, in sua virtute manentibus.* Aliud forsan dubium d. capitis verba mouere possent, vbi Imperator, *omnino*, inquit, *esse collationes et exinde qualitatem, secundum quod olim dispositum est.* Quas voces subobscuras I. FRID. HOMBERGK ZV VACH his verbis interpretatur, *Omnino collatio aequaliter fiat, vti iam constitutum est.* Ex quibus autem sequeretur, vt omnia bona, etiam ea, quae per donationem simplicem ab ascendentibus ad liberos prouenta sunt, conferri debeant. Pronocat autem IMPERATOR ad *Constitutionem LEONIS*, quae hodie legitur in l. 17 C. *de collat.* et qua cautum est, vt liberis omnibus, quocumque iure ad successionem vocentur, siue ab intestato, siue ex testamento, aequa lance parique modo prospiciatur. Quae legis verba accipienda sunt de regula, qua in illo casu exceptio admittitur, quo ipse pater vnus libero-

liberorum conditionem reliquis meliorem esse voluit, quaeque voluntas ex ipsa donatione simpliciter ac absolute facta satis colligitur vt supra §. VIII probauimus. Et haec demonstrata sufficiant, ad dubia suppressenda, quae aduersarii ex d. Nouellae capite ad stabiliendam suam opinionem exsculpere possent.

§. XV.

SISTIT VLTIOREM ARGUMENTI CONTINUATIONEM, SIMVLQVE VERITATEM THESEOS PER RESPONSA CONFIRMAT.

ALIVD ADHVC propugnaculum vbi Dissidentes refugium quaerere solent, occupandum, et hostibus adimendum superest. Sunt quidam, qui necessitatem simpliciter donata conferendi inde colligere student, quod mortis causa donationes in quartam imputentur, quibus simplicem donationem respondere putant. Quae vero in quartam imputantur, etiam in collationem veniunt. Sed hanc coniecturam merito ineptam clamitat VINNIUS *de collat. c. 15 n. 10*, et profecto, debilitas virium mearum non patitur, vt vilo modo possum introspicere, qua ratione imputatio in quartam ad conferendi necessitatem quadret. Inde enim prono alueo flueret, quod legata, fideicommissa et mortis causa data, quae sine omni dubio in quar-

tam imputantur, etiam in collationem venire debeant, quod contra omnem iuris analogiam esse l. 10 l. 12 l. 16 C. de collat. docent. Et ita quidem, exantlatis obiectionibus, quod spero, firmo stat talo sententia mea, quod donatio simplex in hereditatem paternam non conferatur. Atque in hanc sententiam, vti annotavit Dom. de BERGER in *Occas. Iur. Lib. II Tit. IV Thes. 51. not. 8. S. L. in causa Christian Gerssners und Consorten*, contra Mariam Gerssnerin, a Praefecto V. consulti, responderunt M. Jun. 1705 hac formula: *ledoch mit dieser Erklärung, das Klägers Principalin von ihrem Vater überkommenen und so viel sie per donationem simplicem erhalten vermittelst Eides anzuzeigen, und in gemeine Theilung zu bringen, nicht schuldig. Quorum iudicium in instantia appellationis secuta est Curia Prouinc. Witenbergensis Term. Visit. Mariae 1706. Pari modo F. V. D. Friderico Guilielmo Leifero, Magdeburgensi, interrogationem Senatus Haynensis, in causa Helenen Conradin und Consorten, Contra Iohann Benjamin Fincken, respondit interloquendo: Würde nun Bekl. das seinem Vorgeben nach, die fol. verzeichneten Mobilien seinem Eheweibe von dem Vater Christian Conraden, vor ihrer Verchtigung also schlechter Dinges vererbt worden, befeheintgen, inmassen ihm etc. zu thun obliegt, so erget etc. similiter iudicauit Curia V. in*

causa

causa Barbaren Dorotheen Hammerin, und Conf. contra Annen Magdalenen Hammerin, Term. Michael. 1707. Et ita porro iudicavit summum Tribunal Celenſe donationes liberis a matre factas, in ſucceſſione hereditatis maternae non conferri, teſte Ill. PVFENDORFIO in obſ. 171 in Compromiſs-Sachen Weyl. des Geb. Raths und Landſchafts Directoris, Ebrn Ernſt Wilhelm, Freyherrn von Spörken und deſſen nachgelassener, nunnebro auch Verſorbener Wittwen, Dorotheen Eliſabeth von Steinberg hinterblichener ſämtlicher Erben, in puncto verſchiedener bey der Mütterlichen Erbtheilung vorgekommener Streitigkeiten.



ULB Halle
003 742 423

3




f

TA → OL

nur 13 Stück verknüpft





1762, 4
~~12530~~
8

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
DONATIONE SIMPLICI
IN HEREDITATEM PATERNAM
NON CONFERENDA

QVAM
IN INCLVTA
ACADEMIA IVLIA CAROLINA
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
INDVLTV
PRO
CONSEQUENDIS SVMMIS
IN VTROQVE IVRE
HONORIBVS
IN IVLEO MAIORI
AD D. XVI APRILIS MDCCLXII
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS
PLACIDAE ERVDITORVM DISQUISITIONI
SVBMITTIT
CAROLVS FRIDERICVS PAELIKE
VISMARIENS.

HELMSTADII
LITTERIS SCHNORRIAE VIDVAE ACAD. TYPOGR.

